

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja krakowska

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. 12607 III, k. 45va-45vb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 70 [Gn. 65]

[70] [^a] Si vir cum fustibus aut baculis percussus fuerit supra dorsum aut supra ventrem, et verbera flavea aut fusta fuerit et inflata fuerint, si desuper iudicem pro teste habere poterit et homines, qui hoc viderunt et audierunt, ipse est duellum proprius super eos aquirere, quam ipse eum evadere possit suo iure, id est vincere eum cum testibus, quam ipse cum testibus evadere possit. Si autem super caput aut brachia percussus fuerit, et si qualiter ostendi non possit, illi homines melius evadere possunt, quam ille super eos probare possit suo iure in sua sola manu. Si autem fatentur, quivis amittit emendam XXX solidos et iudex acquirit suam penam ·VIII· solidos. Si autem verbera mortalia fuerint, respondere [k. 45vb] tenentur cum duello et cum testibus, qui pro eodem iudicialiter fuerint impulsati. Si autem mortales non fuerint, respondebit unus cum duello et alii respondebunt absque duello, quia ipsi evadunt cum suo iuramento.

^a na marginesie rysunek dłoni

[hasła: pobicie śmiertelne, świadek, sędzia, pojedynek sądowy, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, przysięga, nawiązka, kara sądowa, mulkta]